6385 cippus ex lapide Tiburtino altus m. 0.93, latus m. 0.50, crassus m. 0.58, rep. Auximi cum n. 6383.

Q · SEPTVMIVS · C · F
NIGER · LEIBERAL

Descripsi ad ectypum gypsaceum a Cecconio missum.

CXXXIII. ANCONA (p. 572).

ad p 572. Adscribere oblitus sum verba Appiani b. c. 5, 23 ad a. u. c. 713: δύο δὲ στρατοῦ τέλη τὰ ἐς Ἀγκῶνα πόλιν ᾠκισμένα Καίσαρί τε ὄντα πατρῷα καὶ ἐστρατευμένα Ἀντωνίῳ ... πρέσβεις ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. Apparet Anconam coloniam deductam esse a triumviris post proelium ad Philippos.

ad n. 5894. Autographum exemplum Cyriaci extat in codice Vaticano olim Manutiano 5237 f. 213.

ad n. 5904. Lanzi in schedis a. 1783 ait legisse se Anconae in pila figuram alitem sustinente; scriptum esse titulum litteris pulcherrimis. — 1 fin. DE om. — 2 in. G om. — fin. OS·XI om.

ad n. 5922. Epigramma *ereptam* est etiam in libro Filonardiano f. 74' sub lemmate 'in Monticellis'. Legitur ibi 1 LVGET — 2 PVTAS — 3 FATVM·LVGET — 4 PVLCHRA — 5 AMOR EXCIDIT ET OMNE. Convenit igitur liber cum 'schedis Italicis' Burmanni.

6386 *fuora d' Anchona in santo Stefano vechio ruinato* SANGALLO.

B M
FLAVIO AVRELIANO
VETERANO QVI VIXIT
ANNIS LXII MESES · V
DIES · VI VALERIA
VIATORINA · CONIV*gi*
DVLCISSIMO · ET · FLA
VIVS · CALLIDIVS PATRI
BENE · MERENTI · POSVERVNT

Antonius Sangallo inter tabulas delineatas mus. Flor. n. 2099.

VIAE PVBLICAE REGIONVM II. IV. V.

II. VIA SALARIA (p. 582).

Mentio fieri debuit tituli urbani Eph. epigr. II p. 199 = C. VI, 3824 reperti prope portam Collinam ad caput viae Salariae, concepti autem sic:

Opera loc[ata in | censu]ra Caecili de ＨＳ[S . . . . . .] |
[Via a]d mil. XXXV, pontem | II//LVIO . . . . | *[Pecuni]a adtributa est; populo const(at)* [HS . . *n*.] | . . . . *A. l. Pamphilo mancupi; ex(actore) ope[ris* . . . . . . | *cur(atore) v]iar(um), T. Vibio Temuudino q(uaestore) urb(ano).* |
[Via gla]rea sternenda af mil(iario) . . . . | *[et per Ap]p[e]nninum muunien[da]* . . . . . . | . . . . . *XX. Pecunia adtributa [es]t* . . . . .; | *[populo c]onst(at)* HS. *n.* /ↃↃI\\\ *L. Rufilio L. l. I*. . . . . *[mancupi | ex(actore) oper(is)] T. Var[io] T. f. cur(atore) viar(um), T. Vi[bio Temuudino q(uaestore) urb(ano)].* |
[Via af] mil(iario) LXX[xx]VIII ad mil(iarium) CXX . . . . . ., *[item | altera v]ia Int[e]ramnium vo[rsus]* . . . | . . . *XX. Pecunia adtrib[uta est* . . . | . . .; *popu]lo const(at)* HS ꝏ ↀ . . . . *[man|cupi, ex(actore) oper(is)] T. Sepunio T. f. C* . . . . . . | *[curatore via]r(um), T. Vibio Tem[uudino q(uaestore) urb(ano)].* |
. . . . . . *arcus dela[psus]* . . . . . | . . . . . *mancupi* . . . . . | . . . . I\\I | . . . . . *et ta*. . . . .

Censores Caecilios fasti exhibent quinque, a. 623 Q. Metellum Macedonicum, a. 634 Q. Metellum Baliaricum, a. 639 L. Metellum, a. 652 Q. Metellum Numidicum et C. Metellum Caprarium, quibus singulis in hunc titulum idem ius est, nisi forte duobus Metellis in censura collegis hoc obstat, quod in horum altero utro omissio praenominis etiam magis offendit. Quod olim praetuli ex his censorem a. 639, iam explosum est, postquam Dresselius confirmavit in miliario n. 5953 non CES· esse, sed COS· — Pons, qui fuit ad mil. XXXV viae Salariae, incidit in adfluentem fluvii Farfari quem Salaria transit secundo lapide post Vicum novum, hodie *Fosso della Villa*. — Salariam superare montem Appenninum ante miliarium LXXXXVIII recte convenit. — Bivium cum videatur indicari aut ad id ipsum miliarium aut post id, probabile est alteram viam perrexisse per S. Omero vicum ad Castrum novum (v. n. 5953), alteram ad Interamnium et fortasse inde ad Hatriam.

VII. VIA CLAVDIA VALERIA (p. 588).

ad n. 5973. De Pontano erravi; vide add. ad n. 3020.

VIII. *Inter vias Valeriam Latinam Traianam* (p. 589).

6386 *a* columna miliaria bis scripta rep. chil. I a loco q. d. *Punta della Penna* agri Histoniensis, quarto fere lapide ab Histonio.

vestigia prioris scripturae:
TINO

ET

DDD*d* · NNN*n*
COSTANTINO
MAX · AVG
et · c r i s p o a. 323/6
ET · CONSTA
NTINO · IVN
ET · CONSTA
NTIO · NOB
BB · CAESSSA
M · IIII

Ad ectypum ed. Fiorellius *Notizie degli scavi* 1883 p. 91.
4 erasus est, remansit solum punctum.
Similis fortasse fuit n. 5975.